Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Cognouit bos possessorem suum ⁊ asinus presepe domini sui. israel non cognouit me. populus meus non intellexit. Ve gente peccatrice populo graui iniquitate. semini nequam filiis sceleratis. ℟. Aspiciebam in uisu noctis ⁊ ecce filius hominis ueniet et datum est ei regnum et honor et omnis populus tribus et lingue seruient ei. ℣. Potestas eius potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Et datum. Lectio tertia.

Dereliquerunt dominum blasphemauerunt sanctum israel abalienati sunt retrorsum. Propter quo percutiam uos ultra addentes preuaricationem. ℟. Missus est gabriel angelus ad mariam uirginem desponsatam ioseph nuntians eius uerbum et expauescat uirgo de lumine. ne timeas maria inuenisti gratiam apud dominum. Concipies et paries ⁊ uocabitur altissimi filius. ℣. Ave gratia plena dominus tecum. Concipies. Lectio iiij.

Omne caput languidum et omne cor merens. a planta pedis usque ad uertucem non est in eo sanitas. Vulnus ⁊ liuor et plaga tumens. non est circumligata nec curata medicamine. neque fota oleo. ℟. Ave gratia plena dominus tecum. Spiritus sanctus superueniet in te ⁊ uirtus altissimi obumbrabit tibi. quod enim ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco ⁊ respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus. In secundo noct. ℣. Exaudiet dominus de lacu sancto suo.

Terra tua deserta ciuitates tue succense. Lectio. v.

Vigni. regionem tuam coram uobis alieni deuorant. et desolabitur sicut in uastitate hostili. ℟. Saluatorem expectamus dominum nostrum ihesum xpm. Qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis suae. ℣. Sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc seculo expectantes beatam spem et aduentum glorie magni dei. que